





Kem 86  
(1-54; a-g)

(36)

# CONSPECTVS LABORVM

QVOS  
PROFESSORES  
ACADEMIAE REGIAE FRIDERICIANAE  
PER SEMESTRE AESTIVVM

IN  
STVDIOSAE IVVENTVTIS INSTITVTIONEM  
IMPENDERE CONSTITVERVNT

PRORECTORE MAGNIFICO  
**D. ANDREA ELIA BUCHNERO,**

SACRI ROMANI IMPERII NOBILI,  
AVGVSTISSIMO BORVSSIAE REGI A CONSILIIS INTIMIS,  
MEDICINAE ET PHILOSOPHIAE NATVRALIS PROFESS. PVBL. ORDINARIO,  
IMPERIALIS ACADEMIAE NATVRAE CVRIOSORVM PRAESIDE,  
ET COMITE PALATINO CAESAREO.



P. P. D. XII. APRIL. MDCCCLIX.

HALAE MAGDEBURG. LITTERIS HENDELIANIS.

# LECTIONES PRORECTORIS, DIRECTORIS PROFESSORIS, MATHESEOS ET PHYSICES PRIMARII.



ANDREAS ELIAS BÜCHNER instanti hoc semestri aestiuo priuatim, hora matutina VII. ad VIII. simplicium medicamentorum, ex tribus, quae vocant, Naturae regnis delumtorum, facultates & usum, secundum duictum Fundamentorum suorum nuperime editorum, exponet; hora VIII. ad IX. Therapiam specialem, iunctis simul necessariis regulis & cauteulis practicis, in morborum curationibus obferuandis, perspicue tradet, & hora XI. ad XII. fundamenta generalis Therapie explanabit.

IO. ERNEST. FLOERCKE per instanti semestre aestiuo priuatim h. VIII-IX ad B. Aui STRVII Iurisprudentiam Romano-Germ. commentabitur. Hora IX-X Iuris Canonici & Ecclesiastici Protestantum, ductu Institutionum Boehmerianarum, & h. XI-XII. Iuris publici I. R. G. praecepta, secundum MOSERI Grundriß der heutigen Staatsverfassung des teutschen Reichs, deducet. Denique h. I-II. vacabili institutione ad proxim forensem, adiunctis exercitiis elaboratoris, praecente KNORRI in der Anleitung zum gerichtlichen Proces. Publicas praelectiones ad Praenotiones suas Iurisprudentiae ecclesiasticae h. IV-V. denuo inchoabit, ac quoquis die Saturni h. I-II. Dominis suis Auditoribus Bibliothecam suam aperiet, & libros in collegii, maxime Iuris Canonici & Publici, citatos, addita episcris, inspiciendo perlegendosque communicabit.

IO. ANDR. DE SEGNER, publice hora II. docebit Astronomiam. Dicendum normam praebebit caput IX. Physicae stiae, quod multis additionibus illustrabit. Priuatim eiusdem libelli partem alteram explicabit hora XI. Arithmeticam autem & Geometriam ex Elementis suis denuo repetet hora III. Priuatissime tradit Analysis infinitorum.

## LECTIONES THEOLOGICAE.

GOTTHILF AVGUSTVS FRANCKIVS exegeticis scholis ultimos Christi sermones ex Ioannis euangelio interpretabitur. Paraceticis vero horis epistolam aliquam ex pastoralibus Paulinis tractabit, & asceticis selectos Psalmos explicabit praesenti tempori conuenientes.

CHRISTIANVS BENEDICTVS MICHAELIS hora IX. ex V. Test. libros posteriores Mosaicos, hoc est, Numeros & Deuteronomium; & hora XI. ex N. Test. Epistolas priores Paulinas, initio ducto ab illa ad Romanos, obscurationibus philologicis & exegeticis illustrabit.

IO. HENR. CALLENBERG ex fonte hebraico explicabit quinque posteriores Prophetarum minorum; & Historiam ecclesiasticam medii aevi recensabit.

IO. GEORG. KNAPP primo theologiam dogmaticam eiusque quidem partem priorem hac aestate tractabit. Deinde auspicabitur theologiam polenicam, secundum ordinem discrepantium de rebus religionis partium illam explicaturus. Perget denique die Domini h. V. in ascetica tractatione orae rularum sacerdotum.

IO. SALOMO SEMLER continuabit 1) theologiam dogmaticam hor. VIII-IX. partem alteram auspicaturus. 2) Polenicam, hor. XI-XII. a cuius secunda parte adhuc pertractata, redit ad primam; 3) perget in theologiae moralis praeceptionibus; & 4) in historia reformationis, hora V-VI. His succedent aut exegeticae, aut symbolicae lectiones.

## IVRIDIACE.

IO. TOBIAS CARRACH quod a priuatissimis laboribus superest tempus priuatis acoafibus destinauit, ita vt 1) Pandecta praelecturus sit hora consuetus, compendium fecutrus siue BOEHMERIANVM, siue LUDOVICIANVM, quod maxime ex his arridebit Dnis Auditoribus. 2) Ius Feudale tradet ad STRVII Elementa Iuris Feudalis, horam propediem indicaturus. 3) Manuductio ad Processum in collegio elaboratorio inseruet illis, quibuscum conueniet de hora huic fini commoda. 4) Forian quoque Ius Criminale addet.

DANIEL

DANIEL NETTELBLADT priuatim commentabitur hora VIII. ad EISENHARTI *institutiones iuris germanici priuati*. *Ius criminale*, praeunte KOCHIO, interpretabitur hora IX. Elementa *iuris naturalis*, ad filium compendii sui, hora X. tradet, omnemque dabit operam, ut per instans semestre aestiuum eius P. I. & II. absoluat.

PHIL. IAC. HEISLER hora VIII-IX. GABR. WOLFII *elementa iuris feudorum*, horis IX-X. & XI-XII. HEINECII *Institutiones*, denique horis X-XI. & II-III. *Pandectarum b. LUDOVICI partem posterioriem* explicabit.

GEORGIVS SAMVEL MADIHN, muneri ab augustinissimo Rege clementissime sibi demandato satisfacturus, semeltri, quod instar, aestiu publice hora IX-X. rem iudicariam Imperii exponet, ad filium Lib. II. cap. XI. compendii SCHMAVSSIANI iuris publici. *Priuatim* commentabitur hor. VII-VIII. X-XI. & II-III. ad *Ius Digestorum*, praeunte b. LUDOVICI in doctrina Pandectarum. Hora VIII-IX. *Ius naturae*, & hor. XI-XII. principia iuris civilis secundum ordinem *Institutionum IUSTINIANI Imp.* ad ductum elementorum suorum tradet. Hor. III-IV. denique docebit *ius feudorum*, faciem praferente Illust. MASCOVIO, in elegantissimo libello de *iure feudorum in Imp. R. G.*

## M E D I C A E.

IO. IVNCKER publice Chirurgiam rationalem docebit. *Priuatim* primum absolvere pauciores illos morbos, quos aduerfae valetudinis ratio reliquit, deinde Therapiam generalem incipiet. *Priuatissime* collegium clinicum cum prouectioribus, confutato more, continuabit.

FRIDERICVS HOFFMANN, publice, hora IX-X. Physiologiam, priuatim vero, hora X-XI. Pathologiam docebit. Initium harum lectionum erit finitis instantibus nundinis Lipiensibus, d. xxii. Maii.

PHILIPPVS ADOLPHVS BOEHMER publice, diebus horisque confuetis, signa sanitatis regulasque illam conferuandi tradet, praeunte Illust. LUDWIGIO. *Priuatim* studio hora IX. *institutiones Medicinae Legalis Clavig. BOERNERI* exponet; hora I. diebus Mercurii & Veneris, adaptarum deligatorum, modumque fascias rite applicandi, duce BASSIO, ostendet; hora II. elementa artis obstetriciae Celeb. ROEDERI, commentatore theoretico-practica illustrabit, & hora III. ad ductum Compendii chirurgici B. HEISTERI, Chirurgiam, tam medicam, quam manualem, demonstrabit.

IO. PET. EBERHARD, h. II-III. *Physiologiam* docebit, ad ductum Compendii a se editi. *Pathologiam* praeterea explicabit *specialem*, fecutus compendium Magnifici & Illustris BUCHNERI. Reliqua collegia erunt mathematica & physica.

## P H I L O S O P H I C A E.

CHRISTIANVS BENEDICTVS MICHAELIS hora III. praelectiones instituet in Grammaticam suam Syriacam, subiuncturus interpretationem vnius alterius libri N. T. eis, ex versione Syriaca. Forte & doctrinam de accentibus Ebraeorum tradet, idque ad ductum libelli a Filio suo editi.

IOANNES IOACHIMVS LANGE, *Mathesin puram* h. VII. matutina publice docebit. *Priuatim* *Physicam* dogmatico-experimentalem h. I. explicabit. De horis *Chemiae, Metallurgiae & Historiae naturali* destinandis, cum auditoribus suis conuenier. *Geometriam practicam* desiderantibus non deerit.

IO. HENR. CALLENBERG *institutionem* offert linguae Graecae vulgaris, duce Grammatica sua, adhibitus simul, quas in usum ecclesiae Graecae hodiernae vulgavit, inscriptiones.

IOANNES FRIDERICVS STIEBRITZ per semestre aestiuum publice in *Oeconomicis* Commilitonum votis satisfaciet. *Priuatim* 1) *Logicae Wolfianae* praecepta perspicue tradet; 2) *fundamenta linguae Ebraicae* ad ductum DANZII enucleabit; 3) alteram *Novi testam* partem inde ab epistola ad Romanos usque ad Apocalypsin Ioanneam selectissimis oblationibus illustrabit; & denique 4) *Proverbia Salomonis* ex fonte ebraico interpretabitur. Neque iis deerit, qui *priuatissimas* lectiones desiderabunt. Horas his laboribus consecratus suo tempore significabit ex tabula publica.

GE. FRID. MEIER docebit hor. IX-X. *Ius naturae*, III-IV. *Logicam*, & priuissime h. X-XI. *Aestheticaem*.

CHRISTIANVS WEBER, hor. IX-X. *Metaphysicam* Perillystr. L. B. de WOLFE, hor. X-XI. *Mathesin puram* Eiusdem, & hor. II-III. *Logicam b. CORVINI* explicabit.

EXTRA:



## EXTRAORDINARIAE.

GOTTLIEB ANASTASIVS FREYLINGHAVSEN, *scholas dogmatico-polemicas* continuabit, adiuncto *disputandi exercitio*, & *exegeticas* in epistola apostolicam adhuc definiendam intituet.

D. IO. FRID. IOACHIM, 1) *scholas Historiae Iuris Romani & Germanici*, duce HEINECCIO, aperiet; 2) *Historiam Imperii Germanici*, ad seriem *introductionis sue*, enucleabit; 3) *Historiam viuieralem Regnorum Europeae*, ad filium *compendiu*fui**, enarrabit; ac denique 4) *Ius publicum Imperii Germanici*, illud *MASCOVIVM* sequitur, interpretabit. Initium harum lectionum erit finis nundinis Lipsiensibus.

CAROL. FRIDI. PAVLI hora VII. matut. *Historiam viuieralem*, ad illudfr. GEBAVERI *Grundriß*, hora IX. *historiam S. R. Imperii*, ad SCHMAVSSII *historisches Ius Publicum*, docebit.

D. ERNEST. FRIDER. KNORRE 1) hor. XI-XII. HEINECCII *Elementa Iuris civilis secundum ordinem Institutionum*, nec non 2) hor. III-IV. PERILL. BOEHMERI *Elementa Iuris prudentiae criminalis*, interpretabitur.

D. HENRICVS CHRISTIANVS ALBERTI, Deo benedicente per hoc semestre aestivum priuatim horis explicationes botanicas, i.e. doctrinam de plantis quoad genera & species, pertractabit, qua occasione plantae circa Halam nostram potissimum prouenientes cuiuslibet speciei, quantum fieri potest, recentes demonstrantur. Imprimis autem operam dabit, ut plantas sic dictas officinales, earumque qualitates medicamentosas, vires & ystis indicet: nec minus cognitionem exoricarum & rario-rum, quae quidem in hortis nonnullis summa cura coluntur, plantarum, suppeditabit, ut studium hoc inde saltem euadat iucundius. Publice die Saturni hora VIII-IX. Collegium repetitorum plantarum indigenarum & exoricarum, ante dictis diebus demonstrarunt, adornabit. Initium harum lectionum ex valvis erit indicandum.

D. FRIDER. LEBERECHT SVPPRIAN publice lectiones pathologicas proponet; priuatim vero Phisiologiam & infantum morbos ad b. SCHVLTZII ductum explanabit.

FRIDER. CHRISTIAN. IVNCKER, priuatim hora VII-VIII. pathologiam generalem, hora XI-XII. physiologiam, hora II-III. materiam medicam, ac diebus lunae, martis & mercurii hora III-IV. iemeiologiam docebit. Publice autem diebus iouis & venieris hora III-IV. doctrinam de formulis praescribendis proponet. Nec illis deerit, qui exercitium disputatorum postulabunt. Initium harum lectionum erit die XXI. Maii.

D. IVSTVS ISRAEL BEYERVS, auspiciis Summi Numinis, confueto tempore, denuo aperiet *scholas duas* 1) *epislographicas*, & 2) *oratorias*, illas hor. IX. & has hor. XI. ante meridiem; offertque simul suam inferiundi promitudinem in elaborandis *epislogis*, *carminibus*, *orationibus*, aliisque *scriptis*, propter valetudinem vacillantem tamen indicans tempestive.

IO. PET. EBERHARD hor. VIII-IX. *Mathesin puram*, hor. IX-X. *Mathesin applicatam* docebit, hor. I-II. *Physican* tradet, & experimentis necessariis illudfrabit.

F. W. ELLENBERGER, Introductionem in Nouum Testamentum h. III-IV; notitiam linguae hebreae commentatione critica in librum quedam Veteris Testamenti hora V-VI; Theologiam naturalem thetico-polemicam, vna cum annotatis suis, que eam a christiana distinguunt, hora VII-VIII. mattutina suppeditabit. Societas quoque hic instituta elegantiorum in lingua nostra germanica litterarum debitas consecrabit curas. De veroque posteriori labore videre est illud, quod in libello, hisec nundinis Lipsiensibus prodito, commemoravit, qui inscribitur: *eine nach unsern Zeiten eingerichtete natürliche Gottesgelehrheit empfohlen, nebst Nachricht von der hier errichteten deutschen Gesellschaft der schönen Wissenschaften.*







(36)

# CONSPECTVS LABORVM

QVOS  
PROFESSORES  
ACADEMIAE REGIAE FRIDERICIANAE  
PER SEMESTRE AESTIVVM

IN  
STUDIOSAE IVVENTVTIS INSTITVTIONEM  
IMPENDERE CONSTITVERVNT

PRORECTORE MAGNIFICO  
**D. ANDREA ELIA BUCHNERO,**

SACRI ROMANI IMPERII NOBILI,  
AVGVSTISSIMO BORVSSIAE REGI A CONSILIJ INTIMIS,  
MEDICINAE ET PHILOSOPHIAE NATVRALIS PROFESS. PVBL. ORDINARIO,  
IMPERIALIS ACADEMIAE NATVRAE CVRISORVM PRAESIDE,  
ET COMITE PALATINO CAESAREO.



P. P. D. XII. APRIL. M.

HALAE MAGDEBURG. LITTE

